

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

4. Exempla judiciorum Dei occultoru[m] in Iacob & Esau, in Iosepho Patriarcha, in custodibus Petri & Pauli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45653

14 Cap. III. De incomprehensibilibus Dei Iudicis.

I V.

Gen. 37.

Act. 12. 18.

Montan. in
cit. loc. Petr.
Alex. Can.
13. apud
Theod. Bal.
samonem.

Act. 16. 27.

V.

Occulto, sed utique iusto Dei Iudicio factum est, vt ex utebris duobus germanis, immo & gemellis, Iacob diligenter, Esau odio haberetur. Occulto, & imperuestigabili ab hominibus, antequam declararetur, Iudicio factum est, vt Ioseph fratribus preponendus, & auxilium futurus, à fratribus caperetur, vendereturque. Quis enim, cum in cisternam iret, assequi potuisset, Deum decreuisse, eum, sic, & tali modo viaque, extollere? Et tamen eum Deus per captiuitatem prouexit ad libertatem, & ad summum dominium per ipsam seruitutem. Occulto, &, indubie, iusto Dei Iudicio factum est, vt Petri custodes permisisti mortem luere, qui Paulum autem custodierat, eius vita, quam iam iam sibi erepturus erat, seruaretur, animusq; ad vitam spiritualem traduceretur. Nam quando Petrus ab Angelo è carcere fuit eductus; facta die erat non parva turbatio inter milites, quidnam factum esset de Petro. Herodes cum requiriisset eum, & non inuenisset, inquisitione facta de custodibus, iussit eos duci; ad supplicium scilicet, vt inquit Montanus, & quidem ad suffocationem, vt scribit Petrus Alexandrinus. Ast, alio tempore, quando Paulo & Sila orante, subito terramoto factus est magnus, ita vi mouerentur fundamenta carceris, & statim aperirentur omnia ostia, & vniuersorum vincula soluerentur, expurgefactus custos carceris, & videns ianuas apertas carceris, ait Lucas, euaginato gladio volebat se interficere, estimans fugisse vinculos. Clamanit autem Paulus voce magna dicens: Nihil tibi male feceris, vniuersi enim hic sumus. Petrusq; lumine introgressus est, & tremefactus procidit Paulo & Silo ad pedes, & producens eos foras, ait: Domini, quid me oportet facere, vt saluus siam? Quod discriminem est inter Petri & Pauli custodes, vt, utroque libertate fugiendi potito, isti seruentur, illi trucidentur? An iniustus est Deus? an tunc negligenter Mundum administravit, quando illos innoxios permisit occidi? Nequaquam. Non enim iniusta sunt, quorum iustitia nos latet: satis est Deo cognita esse; cuius hoc ipso intelligitur infinita esse altitudo diuinitarum sapientie & scientie, quia sapientiam scientiamque humanam tantopere excellit. Et vel idcirco vult Deus aliquando statuere in uno, quod noluit in altero, ratione prorsus nulla nobis alia apparente, ut haec ipsa nobis ratio sufficiat, consilij illius sapientiam esse omniratione humana superiorem.

Quemadmodum, apud Lucam, duo homines cupiebant se Christo adiungere, & cum eo semper permanere, quos tamen ambos